

rex militaris exercitiū sectator avidus transiens ad
 partes cismarinas cum decenti militum, clericorum, regie
 familie comitiva lustravit pertransiēdo omnes partes
 Italic, Gallic, Francie, Anglie, Germanie nec non Bohemie
 et Ungarie, per diversa sui transitus loca in ludis et exer-
 citiis militariis iuventutem suam frequenter exercens,
 in suo deorsum per reges et principes quorum terras visitavit
 ubique honorifice pertractatus, quem etiam propter suam
 liberalitatem et exercitiū militaris probitatem plurimi mi-
 lites et strenui iuvenes ex regionibus ipsis quas lustravit
 sequuntur. Denique ipse idem rex ad regnum perspicere
 versus non diu postea cum auxilio Rodensium et aliarum
 vicinarum insularum nec non peregrinorum militum suo-
 rum sequarum comitiva classem armati exercitus instita-
 ens perit nobilem illam civitatem Alexandriam Egypticam,
 virtute bellica aggressus partem ipsius civitatis expugnavit et
 thesauris multis nobilibus spoliis ad propria cum trium-
 pho nobili ~~propere~~ remeavit. Sed tandem per fratrem suum
 propriam ambitione regni extitit idem strenuus rex mi-
 serabiliter interfertus.

fol. 115.

Eisdem quoque temporibus Petrus filius Alfonsi gloriosi
 et ^{christianissimi} nobilissimi regis Hispanie, cuius filii ^{filii} mentio in precedentibus
 supra, post patris obitum regnum accipiens Hispanie veluti

1350.

b) cū cod.